

672.

1279 d. 15 Maj.

Alsnö.

ULFHILD MAGNUSDOTTERS Bref rörande förutnämde jordabyte.

A. 6. a. 1: 16.

Vniuersis presentes litteras visuris vel audituris . V. quondam magni legiferi osgothorum filia. salutem in domino sempiternam. tam presentes quam futuri nouerint vniuersi. presente Domino benedicto osgothorum legifero. fratre nostro. & in id fauore beniuolo consonante cum dilecto marito nostro domino birgero philippi filio. nos in hunc modum fecisse cambium curiarum. reliquimus ei duas curias de nostris cum omnibus adiacenciis illis. scilicet. vÿ. & hobÿ. cum omni legalj alienacione. possidendas. vendendas. inpignorandas. & quoquo modo pro suo placito ordinandas. assumentes nobis & nostris heredibus duas de suis eque bonas cum omnibus attinenciis earum videlicet. frøsbÿergh. & liungsas. perpetuo possidendas. ad cuius rei testimonium amplius. presentes litteras sigillo. (*raderadt.*) . . . . . nostro fecimus roborari. actum anno domini. M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LXX<sup>o</sup>.IX<sup>o</sup>. jdus maij. in alsno.

Sigillet skadadt.

673.

1279 d. 6 Jun.

Rom.

Påfv. NICOLAUS III:s Befallning till Ärke-Biskopen och Biskoparne i Sverige att skicka den insamlade Hel. Landshjelpen till Skara hamn för att sedan af den Apost. Insamlaren Mag. BERTRANDUS AMALRICI öfverföras till Frankrike.

F. 1: 310. An. 2. Ep. 138.

*Nicolaus III. mandat universis Episcopis Svetiæ, ut ad Portum Sca-  
rensem transmittant pecunias negotio Terræ Sanctæ deputatas in  
Franciam deferendas per Collectorem apostolicum.*

*Nicolaus &c. Venerabilibus Fratribus . . . Archiepiscopo, et universis  
Episcopis in Regno Svetie constitutis Salutem &c.*

Tanto ad terre Sancte comoda procuranda vos decet consurgere promptiores, quanto illam eius beavit presentia, cuius effusio sanguinis extitit nostra salus. Cum itaque decima ipsius terre, que proh dolor non sine ignominia Christiani nominis sub Infidelium potestate consistit eiusdem terre subsidio deputata, quedam quantitas pecunie in vestris Civitatibus, et Diocesibus, ut intelleximus, sit collecta Vniuersitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandantes, quatenus ob reverentiam Crucifixi cuius in hac parte res agitur, et nostram singuli vestrum pecuniam in locis de decima huius-